

Leabó III. 3408.

82

JUBILA post NUBILA,
& è CruceLucem,

HUNGARIÆ,

EVCHARISTICO
MICHAELIS FESTO;

propter Christianorum Victorias celebrato,

Ipsâ B. Lutheri Reformationis Memoria redempti,

ANNO

qVo VICta MetropoliS BVDa, eti prIvs seXles petIa,

1686

ominatus LIPSIÆ precatur,

M. GABRIEL SCULTETI, Sellecens
Nob. Hungarus.

LIPSIÆ,
Literis ANDREÆ BALLI



Planxerat Aestates, qvot tandem Turcica
Buda?
Cynthia decrescens, Crux semi-quinta do-
cent.
Nam Regina, Puer, Monachus, Solymannq; Popellus:
Vix omnes Aurô, tot meruere Cruces.
Altera Septembbris recipit, dedit altera Turcæ;
Fulminat ut Septem-Martia Dextra-Virûm!
Tradidit invitus, quam Martinusius Urbem;
Teutona-Sveco-Vi-Pannonia Turma capit.
Præmia. Serra. Cruces. Lauriq; Tropæa, Colossi,
Istis debentur, Munera grata Viris!
Dicite num Monachus mage, vel Tökolius erret?
Prodidit, Is nolens; Reddidit, Hicce volens.
Hungariæ pressæ voluit succurrere uterq;:
Deseruit licitum Tutor uterq; modum!
Jura satis Regni tueantur Prisca Fideles,
In qvibus, Ambitio Regis iniqua, jacet.
Omnes, Pannoniam defendere jure ligantur,
Christicolæ; Cunctos ægra tuetur, amat.
Rex LEOPOLDUS Jo! Turcarum Castra Triumphet,
Donec in Hungaria Turcica Luna cadat:
Atque Cruces Monachis imponat pondere grandes;
Ne post attingant Sceptra tremenda, manu.

Infans

Infans quæ Stephanus nescivit Rapt a tenere ;
HEROS JOSEPHUS, mox Data Rite geret !
Aut ea Crux decorat Stephaneja Turre Viennam,
Exaltatio , qvam misit in Astra, Crucis :
Exhilarerit solus sed Cor Crucifixus IESUS,
Hinc dolus, indē dolor, si mala Fata ruant.
Ille Lutheranos Reparatum Dogma sequentes,
Vivificat ; faciat si niger Ordo cruces.
Heu ! malè Christi colæ propriâ Ditione fugantur ;
Et propriis meritis sordet Imago Crucis !
In Cruce devicit quia Constantinus & Hostes,
Et Crucis Hostes hâc , nunc superare datur.
Parvula Turba licet, metuas nî spicula Turcæ ;
Dulcia plûs Papæ, blandula Verba cave !
Aurea Pax redeat vastatas donec in Oras,
Jubila perpetuò BLIDA recepta canat !
Aurea Libertas totâ Regione resurgat :
Absque Fide Concors non bene Palma viret ;
Aurea Templa D E pateant reclusa Lutherio,
Qui Christi docuit Dogmata vera , Crucem !
Quod sit ut , Alma Trias , inflectas Corda Potentum ,
Convenient citius Mollia Dura simul !
Audi, quæso Preces Nostras , quas fundimus uno
Pectore , Pannoniam vise revise Tuam !
Ne Cruce sic Duplici privetur ab Æthere missa ,
Terra : Trias , reddas quod fuit ante Tuum !
Denique Saxonica Ruta Viridantis in Umbras ,
Pro Patria peregrè , jungimus ora Piis !

Tempus

Tempus in æternum florebit Fama Lutheri,
Nixa D EI Verbis, Unica, certa Fides!

Tempus in æternum memorabimus Orbe quotannis,
Restauratæ Hodiè Relligionis opus!

Tempus in æternum resonabimus ore precanti,
Devotas grates auxiliante DEO!



Josephus, in quo dicitur
Iustitia non est voluntaria sed
est ex necessitate, scilicet ex
legi obstante. Non enim
Sed etiam in quaque causa
in vita nostra, quae non est ex necessitate
Nulla enim causa placet nisi sit ex necessitate
Namque dicitur in libro de ratione per se
Hoc est enim ratio, quod est in causa

Umg. VI 6

107



Farbkarte #13



habo III. 3408. 82

ost NUBILA,
uce Lucem,

MARIAE,
RISTICO
LIS FESTO,
um Victoriae celebrato,

ationis Memoria redempti,

ANNO
VDA, eti prIvs seXles petIta, 1686 X

PSIA precatur,

CULTETI, Sellecens
Hungarus.

PSIA,
RE BALLE